



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XVI. De Sacramentis non iterandis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

cum dedicatur templum ; cum benedicitur calix. *De quo vide infra l. tit. XL.*

(Istam unctionem nos non adhibemus.)

De Sacramentis non iterandis.

TIT. XVI.

Minus idonei ad Ordines suscipiendos perti, aut aliàs incapaces, repelluntur ab Ordinibus, quorum multa sunt ; ut in primis semel ordinati.

1. *Cur semel ordinati iterum non ordinandi ?*

Conc. Propter characterem indelebilem ordinationem animæ impressum ; *Trid. sess. 7. can. 5.* character iste sive potestas, per quod mutato veluti statu, deputatur homini novum Ecclesiæ ministerium, sit in animo & sic in subjecto incorruptum nec habeat contrarium, a quo possit rumpi. Nam character Ordinis trahit potestatem activam, quæ necesse est potentes, ut Sacramenta conficiat & aliis administremus.

2. *Quid si constet quidem de actu, sed quid pertinens ad solennitatem fuerit omissum ?*

Non idcirco actus totus iterabitur,

id quod omissum caute suppleri statis
temporibus, quibus Ordinis conferun-
tur, debet. Talis est solennitas seu ce-
remonia in ordinatione v. gr. Subdiaconi, *c. i. & ult.*
Diaconi, Presbyteri, impositio manus *hoc tit. d.*
per errorem omissa; in confirmato, qui *c. i. in*
per errorem non chrismate, sed oleo sa- *princ.*
cro fuit delinitus.

De Filiis Presbyterorum.

TIT. XVII.

Sunt & inter prohibitos ordinarii filii
Presbyterorum, vel alias ex illegitimo
toto nati.

1. Cur tales ordinarii prohibentur?

Tum, quia honor sacerdotii seu digni- *c. Inter di-*
tas Ordinis obstat; tum quia me- *lectos in f.*
tuit Ecclesia, ne filius illegitimus sit simi- *De excess.*
lis patri; tum etiam in detestationem pa- *Prelat. c.*
terni criminis, & ut hoc pacto ipse pater *14. hoc tit.*
puniatur in filio. *arg. c. Ver-*
gentis in

2. Quot & quibus casibus hoc exceptio-
nem patitur?

Tribus: nam primo admitti ad Or-
dines illegitimus poterit, si vitam mona-
sticam amplecti velit, favore Religionis,
ut talis tamen ad praefecturas non admit-
tatur.